Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



inocuerer capti qui suauem modulatione dulcedinem galeam tuam ad deum mundum extremum.

Nonne illa dicat communis auferet parillus qui eius fuerat in loco fideli et frangetur et cadet et peribit quo pependerat in eo. Auferetur enim sommas de loco fideli et frangetur. quia peccatum filie babylon frangitur cum ecclesie sinagoga que edificatur et surget ecclesia. pene autem quo in ea pependerant quin luctabunt eos qui sequuntur eos et interficiunt occidit perimunt et illi qui eorum sequuntur. Quomam si locutus locutum duxerit ambo sic ipse communis aut infoueam cadent.

Onus tyri. Vlulate naues maris quia vastata est domus unde uenire consueuerant. de terra cethym revelatum est eis. Tacete qui habitatis in insula negotiatores sydonis. Que aut per mare replebant dicat. Et ecce ego adducam ad tyrum nabuchodonosor regem babilonis ab aquilone. Regem regum cum equis et curribus et equitibus et cetera populo magnifico. Vlulate naues maris quia vastata est domus in tantum ut non sit introitus. Ab terra cethym revelatum est eis. Tacete habitatores insule negotiatores sydonis transeuntes mare replebant te. Et in aquis multis semen sihor messes fluminis fructus eius et facta est negotiatio gentium. Omnes naues stetere mansiones suas in multitudine fortitudinis tue o tyre et impleti sunt et in medio maris honorificata es nimis. In profundis aquarum reportauerunt remiges tui ventus uehemens contriuit te in corde maris. Substantia tua et diuitie tue et cetera mercimonia tua. Nautes tui et gubernatores tui qui continent foramina tua et qui conmiscentur societati tue que in medio tui sunt cadent in corde maris in die ruine tue. A voce clamoris gubernatorum tuorum contremiscent suburbana. Et descendent de nauibus suis omnes tenentes remum nautes et omnes gubernatores maris. In terra stabunt et audient vocem tuam et clamabunt amare super te et proicient puluerem super capita sua et in cinere conspergentur. Et radent se calui super te et accingentur cilicio et plorabunt te in amaritudine animarum suarum amaritudine plantu. Et assument super te in lamentationibus suis planctum et plorabunt te. Quis sicut tyrus quasi que conticuit in medio maris. Quia exercitus tuus de mari egressus est qui replebant multitudinem tuam et diuitias tuas. In die ruine tue contremiscent insule maris et stupebunt in exitu tuo. Et pauebunt reges terre et turbabuntur facies eorum. Mercatores gentium sibilabunt super te. Quia pauor factus es et non eris usque in sempiternum. Et cetera.

Rubescet sydon ait enim mare fortitudo maris dicens. Non parturiui neque peperi neque educaui iuuenes neque adolescentulas potui nutrire. Et si dicat terra rubescet ualde portus sydonis quia arma tyrus filia eius obsidebatur in multitudine auxiliorum eius pendis. hoc enim improbando dicat ubi mare. Quoniam exercitus fortis et eminens qui eam obsidet. Hoc dicat et nabuchodonosor rex ipius ut deleret mare caput et fortitudo. Aut generationem aut negotiationem eius filiam. Et erubescet dicens non parturiui neque peperi neque nutriui iuuenes

et virgines eius educaui. In hoc ei dimostratur quia babylonorum unus fuerit.

Cum audissent egipcii de tyro dolebunt eam audientes de tyro ab insula habitans insula. Nunquid non hec urbs est que gloriabatur a die hesterno fundamentum eius a diebus antiquis transmittens colonos suos in longe. Dolebunt inquit non solum ciues urbis sed omnes conmanentes uicinum ciuitatis egipti cum audierint de tyro destructa sit. Apostrophe fugi qui habitatis in insula fugite tyrii et transfretate mare. Nauigate enim hystorice quia iam desperati nauigare quidam conscenderent naues et commota fugerent ad alia ciuitates refecta. Sequitur. Nunquid non hec est illa urbs nobilissima ciuitas que in siloa antiquitate gloriabatur. Salutem nunc egressa est quo superbia sibi profuerit.

Vrent eam pedes sui longe ad peregrinandum. Quis cogitauit hec super tyrum quondam coronatam. Cuius negotiatores principes institores eius inclite terre. Dux enim inquit predixi sine longe ad peregrinandum. Quo de illis precaput meditatio quum ciuitate transierant. Coronati ei dicit quia quasi regina et cetera ciuitates gloriosa apparebat. Cuius quoque negotiatores alliati gentium reges et principes ceteri. Sic de eorum legatis pium quondam mecum rogasse seruisse ciuitatem regum diuisse feminam.

Dominus exercituum cogitauit hec ut destrueret superbiam omnis gloriose et adipsum nimiam deducere et inuisos inclitos terre. Dixisti inquit. Cuius cogitauit hec super tyrum. Dominus unusquisque exercituum qui est superbia et uanam gloriam humiliat qui inuisos terre potentes et inclitos adipsum nimiam deducat.

Transi terram tuam quasi fluuius filia maris non est angulum ultra tibi manuum suarum extendit super mare conturbauit regna. Ad aquilonem inquit uersa dicit ecce omnes tue sic nuntiate et annuntiate et date auditum et dicite. Quis dedit consilium tyro que fuit coronata cuius negotiatores principes institores eius inclite terre. Dominus exercituum cogitauit hec ut destrueret superbiam omnis gloriose et adipsum nimiam deducat.